



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

14. De precariis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

excommunicationem ipso facto sunt privati
 neficii, quorum bona alienarunt. Excusatio
 men ab his pœnis *consuetudo*, ubi Extrav. vel
 est recepta, vel abrogata: *actus imperfectio*,
 alienatio sortita non sit effectum: *bona fidei*
 nantis vel recipientis bona alienata: *ignorantia*
probabilis ejus, qui vel nescivit talium rerum
 nationem esse prohibitam, vel pœnas has
 annexas.

TITULUS XIV.

De Precariis.

Q. 1. *Qua sit hujus cum prioribus Titulis con-*
xio, & quid importet? *Resp.* ad 1. *Cum*
 alienationem rerum Ecclesiasticarum prohibita
 per contractus soleat deveniri, ab hoc usque
 Tit. XXIV, inclusivè de variis eorum speciebus
 tractatur.

Resp. ad 2. *Dupliciter* accipitur *Precarium*
 jure. *Precarium* sive *contractus Precarii* jure
 cognitus est *tot. tit. ff. & C. de Precar.* *Precarium*
 sive *contractus Precariarum* est à jure Canonico
 inventus, & à *Precario* plurimum differt, ut
 sim AA. & Leur, b. t. Q. 209.

Q. 2. *Quid sit Precarium & quid juris circa*
illud? *Resp.* 1. *Sumptum pro re precario concessa*
 est id, quod precibus petentis utendum datur
 tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur, id est
 non revocat, c. 3, b. t. L. 1. ff. eod. pro actu
 quo

quo res illa conceditur, est negotium, quo aliquid gratis alteri utendum conceditur, reservata sibi facultate ad libitum revocandi. 2. Juxta plures ob *L. 14. ff. h. t.* Precarium contractus strictè dictus non est; ad essentiam tamen suam requirit primò consensum tam dantis, quàm accipientis, ut patet; deinde, ut res tradatur, sed ad usum indeterminatum quoad modum, finem, tempus; per quod differt à *Commodo*: demum, ut quodcumque libuerit concedenti, etiam absque justà causà, possit revocari. *c. fin. h. t.* unde differt à *Donatione*. Revocatio illa fieri etiam potest, licet concedens Precarium pactum adjecerit de non revocando ante certum tempus, *L. 12. ff. h. t.* quod tamen, si addatur, frustraneum non est. *L. 4. §. fin. ff. h. t.* 3. In re quolibet per *L. 3. ff. h. t.* & à quolibet, valente alteri usum rei communicare, per *L. 1. ff. h. t.* & quilibet, etiam pupillo, absque Tutoris auctoritate. *L. fin. §. 1. ff. h. t.* Precarium concedi potest, 4. Ab accipiente Precarium præstatur tantum dolus, & culpa dolo proxima. *L. 8. §. 3. ff. h. t.* 5. Finitur precarium vel revocatione, vel morte ejus, cui concessum, si personæ datum fuerit, *c. fin. h. t.* vel etiam subinde morte concedentis, &c. arg. *c. 5. de rescript. in 6. L. 4. ff. locat.* 6. Competit Domino rem precario concessam repetenti *interdictum de Precario, vel actio extraordinaria præscriptis verbis, L. 2. §. 2, L. 19. §. 1. ff. h. t.* Accipienti, dum præter usum concessa simul possessio specialiter rogata, *interdicta possessoria.*

Q. 3. Quid sit Precaria vel Precaria, quae de iis Jure Can. statutum? Resp. 1. Precaria Precaria, sumendo pro ipso actu, quo conceduntur sunt contractus realis b. f. quo rei Ecclesiasticae immobilis, & ferè soli tantum usus alicui ad certum tempus, vel in perpetuum, vel ad certum tempus, eo tamen pacto, ut, si ad longius tempus facta sit concessio, singulis quinquenniis renovetur. *can. 5. caus. 10. q. 2. c. 1. & seq.*

2. Differt hic contractus ab Emphyteusi tum repetitis renovationes, tum quòd admittat eandem pensionem, sed per accidens solum, quia Emphyteusis per se requirit &c. 3. Ad hoc à Præfato Ecclesiae vel alio ejus Administratore precariae primitus concedi possint, solennitates ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requirere debent intervenire. *c. 5. & Extrav. Ambrosio reb. Eccles. alien. inter Comm.* 4. Præterea quòd hic contractus producat in constituente obligationem relinquendi usum rei usque ad tempus conventum; in accipiente obligationem præstandi culpam levissimam, petendi renovationem &c. dat in super actionem, (quæ dicitur post eum Engel *h. n. 7. actio Precariarum*) Ecclesiae quidem directam contra accipientem ejusque heredes ad præstandum omne, quod natura contractus exigit; contrariam autem accipienti & ejus hæredibus adversus Ecclesiam, ut res usque ad tempus conventum relinquatur &c.